


disse Taurinis Segusionem alteram a dextra Duriae per Fines sive Aviglianam, alteram a sinistra eiusdem per Ocelum Drubigliajum, et naturae locorum contrarium est et supra compositis itineraryis refellitur, quorum stationes tantum abest ut per duo itinera distribui possint, ut Ravennas adeo fines Ocelumque coniungat. Tam Ocelum igitur quam statio publicanorum ad Fines Cotti fuerunt ad Aviglianam, ubi etiam Carolum magnum a. 806 terminum regni stabilivisse observavit Promis *Torino* p. 86¹⁾. Cum titulis ad eam stationem publicanorum repertis praesertim

¹⁾ In pacto divisionis a. 806 (mon. Germ. legg. 1, 141) c. 1 (cf. c. 3) vallis Segusiana 'usque ad Clusas' ab Italia separatur et cum Gallia contribuitur. Egit de ea determinatione Oelsner *Jahrb. des fränk. Reiches unter König Pippin* p. 196—199. Quod idem Promis addit l. c. vicum ad saec. XII usque nomen antiquum Finium retinuisse, mihi non probavit. Nam in vita Iohannis (mon. hist. patr. Taurin. 3, 239) quod dicitur *vicus Clusa vocatus situs Ausoniis finibus*, aperte scriptor non appellative finium vocabulo usus est; Lambertus autem (mon. Germ. script. 5, 255) non de *Clusa* loquitur, sed de *Cini* sive Moncenisio.


7209 basis, rep. extra Aviglianam ad occidentem al *Drubigliajo sulla sinistra della Dora* autumno a. 1868. Vidi ibi a. 1869 apud Gerardium. Hodie est Taurinis in museo civico.

in antica:



Descripsi. Ed. Promis *Torino* p. 287 n. 111c. d; Garrucci *proceedings of the society of antiquaries of London* vol. 4 (Londini 1867/70) p. 291.


7211 Aviglianae rep. cum praec. Vidi ibi apud Gerardium. Iam est Taurinis in museo civico.



Descripsi. Ed. Promis p. 288 n. 111e; Garrucci l. c. p. 289.

7213 aera quadratae duae. Aviglianae rep. cum praec.; vidimus ibi a. 1869 Promis meus et ego alteram apud Gerardium, alteram al *Santuariu de' Cappuccini sul lago della Madonna*. Iam Taurinis in museo civico.


in altera:



Descripsi. Ed. Promis *Torino* p. 286 n. 111a. b; Garrucci l. c. p. 288.

Pudens, sociorum publ(ici quadragesimae) ser(vus, contra) scr(iptor) Finib(us) Cotti vovit, arcarius
Lugd(un) s(olvit) libens m(erito).


7214 in margine angusto mensae quadratae fractae. Aviglianae rep. cum praecedentibus. Vidi ibi apud Gerardium.



Descripsi. Ed. Promis *Torino* p. 288 n. 111f; Garrucci l. c. p. 290.

officialium publici composui qui praeterea reperti sunt in via Taurinis Segusionem ad vicos S. Giorio Bruzolo Bussoleno Foresto Meane. De stationibus viae quae sunt ultra Segusionem huius syllogae rationes ut hoc loco disputetur non postulant, cum praeter columnas miliarias aliquot repertas ad Oulx regio alpestris a Segusione ad Brigantionem titulis destituta sit, Brigantionenses autem et Eburodunenses Galliarum inscriptionibus adiungere decreverimus. Itaque verbo tantum monebimus mensuris subductis Scingomagum sive summitatem Italici clivi fere incidere in castellum Exilles, stationem ad Martis in vicum Oulx, Gaesaeonem sive quo alio nomine fuit in vicum Cesanne, summam Alpem Cottiam sive Matronae verticem sive Druantum in montem Genèvre, unde originem habet fluvius Druantius. Brigantio deinde est Briançon oppidum, Rama Casse-Rom inter vicos la Roche et Champcella (Desjardins ad Peutingeranam p. 61), Eburodunum Embrun.


7210 ab Avigliana ad occidentem in ecclesia rep. autumno a. 1868. Vidi ibi in aedibus Theodori Gerardi pictoris a. 1869 pleniorum quam a. 1871 Taurinis in museo civico.



mulleres stolatae quinque uno ordine stantes, quarum prima dextra apprehendit dextram secundae, sinistra dextram tertiae; secunda sinistra dextram quartae; ter tertia sinistra dextram quintae; quarta sinistra sinistram secundae


Descripsi et Aviglianae et Taurinis. Ed. Promis *Torino* p. 461 n. 241; Garrucci l. c. p. 289.

7212 Aviglianae apud Gerardium antea, nunc Taurinis in museo civico.




Descripsi. Gerardius dedit Promisio.

7215 Aviglianae rep. cum praecedentibus, hodie Taurinis in museo civico.



Descripsi.

7216 Aviglianae rep. cum praecedentibus. Vidi ibi apud Gerardium. Hodie Taurinis in museo civico.



Descripsi. Videbantur esse duo fragmenta eiusdem lapidis. Ed. Garrucci l. c. p. 290.